præfecturæ, necnon Magistri officiorum (quoties tamen ad eum nostræ pietatis emanaverit justio) : in provinciis vero, ubi larem [1] fovent, aut ubi majorem bonorum partem possident, & assidue versantur, respondebunt. Dat. Kalend. Mart. VALENTINIANO A. & NEOTERIO CONSS. 390.

De causis criminalibus.

3. Imp. ZENO A. Arcadio P. P.

Quotiens viro forte Patricio, vel Expatricio [2], vel ei, quem Prætorianæ, vel Urbicariæ amplissimæ sedis administratio illustravit, vel Consulari viro, quem [3] tam ordinaria professio, quam sacra nostræ pietatis pariter sublimavit oratio, quive Magisteriæ [4] potestatis fudoribus charus factus est, vel ei, qui Magistri [5] officiorum vel Quæstoris [6] officio functus, aut sacro [7] nostræ pietatis cubiculo Præpositus, post depositam administrationem senatorio [8] ordini sociatus est, aut [9] cui nostra serenitas Domesticorum scholam regendam mandavit, cuive [10] sacros nostri numinis Thesauros [11], aut [12] res privatas nostræ pietatis vel serenissimæ Augustæ nostræ conjugis gubernandas injunxit : post [13] depositam videlicet administrationem, crimen publicum privatumve, cui tamen non [14] per procuratorem respondere liceat, in hac alma [15] urbe, vel in provinciis commoranti ingeratur : nullius [16] alterius judicis, nisi nostræ pietatis hujusmodi esse cognitionem, vel sacri tantummodo cognitoris, cui nostra serenitas hujusmodi negotii audientiam vice sua sacris apicibus mittendis mandaverit : ita tamen, ut apud talem Judicem nullius officii vel scholæ intercedente ministerio, more atque habitu sacrarum consultationum, absque ulla videlicet observatione [17] dierum fatalium introductæ cautæ, viris devotissimis sacri nostri scrinii libellensibus [18] solennia implentibus audiantur : eo, qui in crimen vocatus erit, (ne quas ante [19] probationes injurias patiatur) sedendi [20] quoque in aliqua secretarii [21] parte, quæ judicibus inferior [22], altercantibus [23] vero superior esse videatur, habituro licentiam.

§. 1. Adeo autem tantarum honores dignitatum duximus augendos, ut ne sacro quidem cognitori [24] nostro, postquam crimen fuerit patefactum, contra hujusmodi viros vel eorum subitantias statuendi aliquid concedamus facultatem, sed hoc solummodo in hujusmodi viros vice quoque Principis auditori licebit; ut intentatum apud se crimen, si patefactum fuerit, ad Principalem referat notionem : ultionis autem tantis inferendæ dignitatibus modus nonnisi in Principis residebit arbitrio [25] : Cum sit certum oportere accusatoris calumniam, reo videlicet protinus absolvendo, inconsulta [26] quoque nostra serenitate, prout leges sanciunt, coërceri : nisi forte accusator quoque non minoris quam reus fit dignitatis : in hoc namque casu super coercenda hujusmodi accusatoris calumnia non immerito consulenda [27] erit Principalis auctoritas. §. 2. Viros autem Illustres in hac inclyta Urbe degentes, qui sine [28] administratione honorariis decorati fuerint codicillis, licet talem prærogativam nostræ justionis meruerint, ut, quod non egerint, videantur [29] egisse ; in criminalibus causis magnificæ tuæ sedis, & illustrissimæ Urbicariæ præfecturæ, necnon etiam viri magnifici Magistri officiorum, (quoties tamen ad ejus judicium specialis nostræ pietatis emanaverit justio) sententiis respondere decernimus : ita ut hujusmodi viri sedendi quidem in cognitionibus dicendis minime sibi vindicent facultatem : sciant autem ipsi quoque nec de se, nec de suis facultatibus judicaturos aliquid, nec probatis criminibus (nisi prius ad nostram pietatem retulerint) posse statuere. §. 3. Quotiens autem viri illustres in provinciis constituti, non hi tamen, quorum cognitio ad nostram majestatem, vel ad judicem vice [30] nostri numinis auditurum pertineat, in querimoniam fuerint criminalem vocati : & sedendi, cum celebratur cognitio, in secretariis [31] judicantium jus consequantur : & judices, patefactis quoque criminibus ferendis contra hujusmodi viros [illustres] vel facultates eorum sententiis abstineant, dum nostræ pietatis ad suas meruerint relationes responsum : supplicio videlicet, quod accusatoribus patefacta eorum calumnia ingerendum est, nec apud provinciales judices, si non sic, ut superius dictum est, similem dignitatem habeant, differendo. Dat. *Constantinop.* *

1 Id est, domicilium, Græci, ἡ ἴδια διάγνωσις, ubi consistunt. *Synops. Basil. 7. tit. 3. ex tit. 4. c. 90.* Domicilium, pars major bonorum, & affidua loci alicujus frequentatio, fori jus tribuit. 2 Ἀπὸ πατρικίων, ἢ ἀπὸ ὑπάρχων πραιτωρίων, ἢ ἀπὸ ὑπάρχων πόλεως : expatricius, exprætectus prætorio, exprætectus urbi. *Syn. ibid. c. 91.* 3 Ὑπατικὸν ὑπομνήσαντα vocat autor *Synops. d. l.* Consularem in ædu constitutum & ordinarium. Ibidem tamen apud Scholiast. ita legitur hic locus, ὑπατικὸς ὑπομνήσαντος ἢ νόμου τῇ ἀξίᾳ τετιμημένος, consularis in ædu constitutus, vel dignitate tantum honoratus, ut hi sint, qui hic dicuntur in ordinaria professione & facta imperatoris pietatis sublimati oratione. 4 Στρατήλατος, *Synops. ibid.* 5 Μάγιστρος τῶν ὅλων ὀφφικίων, magister sacrorum officiorum. *Syn. Basil.* 6 Ἡ κουαίστωρ τῆς ἱερᾶς παλατίας, quæstor sacri palatii. *Synops. Basil. ibid.* 7 Πραιπόσιτος, tantum dicitur apud autorem *Synops. ibid.* 8 Vid. *l. 1. infr. de quæstorib.* 9 Ὁ ἀξζατ τῶν δομηστικων χωλῆς. *Synops. Basil. ibid.* 10 Κόμης παρακοιμώμενος, comes largitionum. *Synops. Basil. ibid.* 11 Vid. Cujac. *ad l. 9. infr. de jure fisci.* 12 Κόμης τῶν ἰδίων τῆ διοικήσει δηστάνων. *Syn. Basil. ibid.* Comes rerum privatarum Principis vel Augustæ. 13 Vid. quæ not. ad *l. 43. ff. de judic.* 14 Aliud in criminalibus cautis : *l. 25. ff. de procuratoribus* : excepta criminali injuriarum causa. vide *l. ult. ff. de injuriis.* 15 Ἐν τῇ βασιλικῇ πόλει, in urbe regia seu imperatoria, *Synops. cod. l.* 16 Jurisdictionis fuismodi negativa vertis additamentum non potest, adde *l. 4. infr. de Castrensianis. lib. 12. tit. 26.* 17 Magnum privilegium est, si alicui tempora fatalia non currant. 18 Libellenses hic, & *l. 32. §. 4. ff. de appell. & consult.* eadem fere dicuntur qua Thessalonicenses : *l. 2. ff. de postul. vel patron. fact. largit.* Comitatenses : *l. 7. in pr. & t. Fabricenses : ff. de hered. decur.* Pseudo-Comitatenses : *l. 14. ff. de re militari.* 19 Accusatus ante probatum crimen injuriam pati non debet. 20 Illustribus ordinatæ competit hoc privilegium, ut in criminalibus causis habeant jus sedendi in secretariis judicum inferiori parte, tam in urbe, quam in provinciis : honorariis vero, in provinciis tantum. Hinc colligunt Clarissimis personis accusatis eum honorem deferri, ut sedentes etiam respondeant. 21 *§. ult. infr. hic.* Secretarium, aula in quam judices conveniunt : eadem forma & significatione, qua auditorium, *l. 20. ff. de reb. cred.* Græce hic ἐν τῷ μέρει τῶ δικαιοχρισίᾳ. *Synops. Basil. ib.* 22 Τῶν δικαζόντων, litigantibus. *Synops. Basil.* 23 Erant in auditoriis judicum tres veluti gradus : unus judicum ; plus illustrium : postremus altercantium, *ut hic.* Symmachus 1. *epist.* in uno subsellio rum capite regulariter litigatores accepti. *l. 1. §. de effic. civil. jud.* & cauſidici : *l. 6. in fin. §. de postulando.* Plin. 1. *epist.* in tribunali adhibui cautis agentis, quod deforme arbitrabar, cui loco cedere omnes oporteret hunc omnibus sedentibus stare : & ingens utrinque advocatorum universi subsellia præstantium corona. vid. Cujac. *ad Novo. 71. in fin.* Huc referri potest, quod Lucius scripsit de ordine sedendi in curia Parthenii *A. Placit. 6.* 24 *Cognitor sacer*, id est, Principis delegatus, vice Principis auditurus *infr. h. t.* cui audientia in vice Principis sacris apicibus mittendis mandata. *in princ. fuipr. eadem.* Judex vice numinis Imperatoris auditurus. *§. ult. infr. eodem.* 25 Omnis pœna, si a Principe judicitur, arbitraria est.

26 Cognitor ferit illustres personas condemnare non potest, & tamen potest absolvere. Imo posse videtur : *l. 37. ff. de reg. jur.* ille cafus eſt ſpecialis. 27 Sensus est, vir illustris five reus sit, five actor, a nullo judice condemnari potest, ideoque Princeps eo casu consulendus est. facit *l. 9. §. 11. l. 27. §. 1. & 2. ff. de pan.* 28 Nota apud Romanos moris fuisse quosdam decorari honorariis codicillis sine administratione.

29 Minor est dignitas provenienes ex fictione, quam ex veritate. 30 Dixi §. 1. *h. t.*

31 Dixi *§. ult. h. t. in fin. pr.*

32 Militum alii armate militiæ, alii togatæ. 33 Hæc lex integra extat inter Novellas Theodosii cum data a Pitiaco adde *l. 2. 3. C. Theod. de jurisdict.* 34 *d. l. 3. C. Theod.* 35 Scholares magistri officiorum veluti agentes in rebus. Iidem magisteriani. 36 Militantes in curia Principis fori præscriptione non utuntur, quoties agitur de publicis functionibus : earumque præsidis est notio. adde *l. 1. §. de privileg. scholar. lib. 12. tit. 30. l. ult. §. de cast. & minist. lib. 12. tit. 26.* 37 Negotiantur, & rede, *ut hic.* De tribus cafibus agitur, si privatis negotiis occupantur, si negotiantur, si conductoris vocabulo defendunt, & ita Basilica, *εἰς ὁποτασὶν ἔρχεσθαι ἀστρατεύτων ἢ ἐπιτροπεύοντας, ἢ μισθώσεις.* vid. Cujac. *hic.* 38 Militans fori, seu in foro aliquo, prædii alieni conductor esse potest, ut hic. (Aliud in armato milite, *l. 15. ff. de re militari.*) eo tamen casu non fruitur privilegio militari. 39 Milites ultra annum commeatus accepti privilegio militari non fruuntur. 40 Militi commeatus dari potest ad res proprias componendas : de commeatu, vid. plura *J. de commeatu lib. 12. tit. 43.* 41 Fornerius 2. *select.* 3. hinc colligit, Mercaturæ deditos privari militia. Quo nomine reprehenditur a Cuiacio 9. *obſ. 37. fol. 257. in fin.* quem hoc voluisse exitimo, nimis hoc generaliter dici, cum fit falsum in militia non armata. *Bald.* vero colligit, milites negotiatores in causa negotiationis conventos non habere privilegium militare. 42 Et militandi. Milites fori negotiandi licentiam a Principe postunt impetrare. Regulariter enim mercatores simul & milites esse non possunt : *l. 1. §. nemo, ff. lib. 12. tit. 35.*

43 *Causa fiscales* sunt, in quibus agitur de bonis, pœnis aut juribus fisci delatis.

44 Domus divinæ pertinent ad prædia Tamiaca, quæ erant in Cappadocia sub dispositione & cura præpositi fari cubiculi, & Comitis domorum. vide Cujacium hic. Erant enim in Pontica diœcesi præcipue : in Cappadocia domus & possessiones plures, propriæ patrimonii Principis : & in eis coloni ac inquilini. Equitia ejusdem juris. Ii omnes sub cura Comitis domorum, *l. ult. J. h. t. Novell.* 20. Pollux munus id translatum ad Proconsules Cappadociæ. *Nov.* 30. ubi vid. Cujac. adde *eundem ad tit. de præpoſit. sacri cubic. & S. oſficer.* 20. 45 *Homines fiscales*, adores, procuratores, conductores, coloni, inquilini, fervi rei privatæ. 46 Id eſt, non vindicatæ, negiectæ, desertæ. *l. 1. infr. de bis, quibus ut indign.* 47 Hoc cafu licet. 48 Id eſt, præsidium provinciæ. Præses togatorum de homicidio & crimine : procurator vero de bonis, non de crimine : neuter vero potest ferverum in caput domini interrogare. Paul. 5. *sent.* 16. 9. 5.

49 Cæsaris. Hi cognoscunt de cautis fiscalibus, inter fiscum & privatos. 50 Neglecta mortis fcil. 51 Ut ei qui mortem defuncti non vindicaverit, hereditas auferatur. 52 *l. 1. infr. h. t.* 53 Procurator Cæsaris fungens vice Præfidis, potest cognoscere de cauſis criminalibus : *l. 1. ſuper. de pedaneis. l. 1. J. de jurisd. l. 4. infr. ad l. Fab. l. ult. ff. de off. procur. ad. Cæsaris. l. 23. §. 1. ff. de appellat.* adde Cujac. 19. *obſ.* 13. Robert. 1. *animad.* 12. Anton. Mercat. *Notat.* 22. 54 Vi fua fcil. Exactio pœnæ fugatæ a Præside, ad rationalem pertinet, non litigatio. 55 In vendendis bonorum fiscalium, procuratoris Cæsaris interventus necessarius.

56 *l. 9. in fin. ff. de jur. fisci*, nec enim potest procurator Cæsaris fidem habere de pretio. Quid privati procurator? vide *l. 1. ff. de except. rei vendit.*

Ad

Ad fiscum [1] pertinentes cauſas rationalis decidat, omnibus concussionibus prohibendis. Dat. Non. Febr. *Conſtantinop.* FELICIANO & TITIANO CONSS. 337.

De conductore Cæsaris.

6. Idem A. ad Italicum.

Si quis adversus conductorem [2] nostrum aliquid agendum crediderit, viro illustri Comiti rerum privatarum referri oportet : ne & judici existimationis, & officio ejus salutis discrimen immineat. Dat. Kal. Febr. * CONSS.

De dominicis colonis & patrimonialibus.

7. Idem A. ad Bulephorum rationalem summæ [3] rei.

Dominicis colonis & patrimonialibus gravitatem tuam censemus disceptatricem esse debere. Duces enim & Præpositos militum [4], & cæstrorum, & Rectores provinciarum evocandis & arcessendis colonis abstinere oportet. Dat. 16. Kal. Mart. LICINIO * CONSS. 318.

De colono aut servo Principis.

8. Imp. CONSTANTINUS A. ad Taurum P. P.

Cum aliquid colonus [5] aut servus rei privatæ nostræ contra disciplinam publicam adferatur perpetrare, ad judicium Rectoris provinciæ venire cogendus est : tic videlicet, ut præsente Rationali vel Procuratore domus nostræ, inter eum & accusatorem cauſa tractetur : &, si facinus fuerit approbatum, juris severitas exeratur. Dat. 5. Non. Mart. *Sirmii*, ARBITIONE & LOLLIANO CONSS. 355.

De actore rerum privatarum seu Procuratore Cæsaris.

9. Impp. VALENT. [6] & VALENS AA. ad Philip. Virum clariſſ. 7.

[Universi fiduciam gerant, ut,] si [8] quis eorum ab [9] actore rerum privatarum nostrarum, sive a procuratore vexatus fuerit [injuriis,] super ejus contumeliis vel deprædationibus deferri querimoniam [sinceritati tuæ, vel Rectori provinciæ] non dubitet, [& ad publicæ sententiam vindictæ sine aliqua trepidatione convolare :] quæ res cum fuerit certis probationibus declarata, fancimus, [& edicimus,] ut si in provincialem hanc audaciam quisquam moliri ausus fuerit, publice vivus concremetur [10]. Dat. 3. Non. Jul. *Heraclitæ*, VALENTINIANO [11] & VALENTE AA. CONSS. 368.

De officialibus rationalis.

10. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad Polemium P. P.

Nullum ex officio Rationalis qui exactioni vel chartis [12] inserviat, in aliud judicium adduci oportet : nisi forte cujuspiam caput accusatio legibus instituta pulsaverit. Dat. 3. Kal. Maji, ARCAD. & BAUTONE CONSS. 385.

De conductore aut servo Cæsaris.

11. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Artaxi Præposito sacri cubiculi.

Hac lege sancimus : ut, sive agat domorum nostrarum colonus [13], inquilinusve aut servus, sive pulsetur ab aliquo super criminali seu civili negotio, non alterius, quam tui culminis ac viri spectabilis Comitis [14] domorum petatur examen : nullius allegatione super fori præscriptione penitus admittenda. Dat. 5. Id. Aprilis. *

TIT. XXVII.

QUANDO [15] LICEAT UNICUIQUE SINE [16] JUDICE SE VINDICARE [17], VEL PUBLICAM [18] DEVOTIONEM.

De nocturnis depopulatoribus & aggressoribus itinerum.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Provinciales.

Liberam [19] resistendi [20] cunctis tribuimus facultatem ; ut quicunque militum vel privatorum ad agros [21] nocturnus populator intraverit, aut itinera frequentata infidiis aggressionis obsederit,

1 *l. 2. supr. h. t.* 2 Adde *l. 8. infr. h. t.* 3 Rationalem summarum quidam ita legunt, moti ex *l. 7. C. Theod. de jurisdict.* 34 *d. l. 3.* & Suetonio in *Domitian.* ubi fit mentio auctoris summarum : repetendi a Cujac. 8. *obſ.* 31. & recte. Nam in lege 3. *J. ſi propter publ. penſitat.* procurator Cæsaris, procurator *summæ rei* appellatur, & in rescripto Gallieni apud Eusebium, *l. 7. c. 13. ὁ τῆς μεγίστης πράγματος ἐπιτροπεύων*, & antiqua inscriptio. Val. Honoratus V. P. Rat. S. R. Tacitus 5. nemigem summæ rei imponere potenant. 4. Al. limitum. fed & ita in Basilicis legitur : *τὸν ἀπὸ πολεμίων ἄρχων ἀποκρισιάριον.* vide Cujacium 13. *obſ.* 35.

5 Vid. *l. ult. J. h. t.* 6 Tribunda hæc lex Constantino. 7 Vicarium, & ita habet *Cod. Theod. l. 1. de act. & procur.* 8. *l. 1. C. Theod. de actorib. lib. 10. tit. 4. & l. 1. C. Theod. de actor. & procur. & conductorib. rei privatæ, l. 10. tit. 4.* 10 V. *l. unic. J. de vandalicor. & procurat. fru. actor. prad. fiscal. l. 11. tit. 71.* De vivicomburio, vid. *l. un. infr. ad Nili aggerium non rumpe.* 11 Constantino A III. & Licinio Conſil 313.

12 Chartularius chartis inservit, easque tractat. 13 *l. 6. l. 8. supr. h. t.*

14 Hic titulus est exceptio rituli *c. J. h. t. Ne quis in ſua cauſa.* 15 Vide Damhouderum *c.* 13. & 14. *praxis criuſſii.* De quo dixi in praxi civili, *titulo de juſtitia & jure.* 17 Id est, ulcisci, ac sibi quodammodo jus dicere.

18 *Publica devotio*, id est publice devotum, ut milites. Dicuntur enim devotissimi *l. 17. J. de erugat. milit. ann. lib. 12. tit. 38.* Sacramento militiæ obstricti. Miles desertor publice devotionis a quovis obtidieri, prehendi, & si se telo defenderit, occidi potest. 19 *l. 2. C. Theod. inſt. ad l. Cornel. de ſicariis.* 20 Hoc etiam jure naturali permittitur : *§. ff. de juſtit. & jur.* adde *l. ult. verſ. neque. J. de diſcuſſoribus. l. 10. tit. 30.* 21 Quid in urbe? legibus 12. tabul. id permittitum fuit. Quasi dicere : Olim licuit furem noctumum quoquo modo occidere, cum in agris : nunc tum in urbe : hodie vero in agris tantum id permittum est quomodo, sive ei parcere non possuerit sine vitæ periculo, sive potuerit, qua de re vide Hic Cujacium 14. *obſ.* 15. 22 *l. ult. in fin. fupr. in quib. cauſ. in integ.* 23 Transtitra periculum occidere. 5. Harm. 8. §. 5. 24 *l. 2. J. de desertorib. & occultat. l. 1.* §. 46. 5. Harm. 8. adde *Novell. Theod.* 24. *de tyrannis, & desertoribus.* 25 Tertullian. *in Apologetico* : In reos maiestatis & publicos hostes omnis homo miles est, & ita est, cuique liis cafibus reum capiendi eumque interficiendi jus permittitur.

26 *L. 2. Inſt.* 18. §. ff. 2. & 2. *C. Th.* 19. *de inoffiſioſi querela.* Paul. 4. *ſent.* §. *Inter hæc autem diuersæ mentes*, id est, de querela auversus testamentum, quando & a quibus ea possit institui, vel non possit 29. *Ed. 1.* vide formulam hujus actionis apud Oldendorpium *claſſ.* 5. *act.* 2. Gotth. Vid. ad hunc tit. Ferdin. Vaſq. *de Succeſſion. reſolut. l.* 3. & Anton. Govean. *lect. 1. c. 1. c.* 5. Anf. 27 Quo jure introducta est hæc querela ? non a Prætore, sed lege Glicia. Cujac. 2. *obſ.* 21. Moveturque autem inscriptione : *Inoffiſioſum eſt* testamentum, in quo parens, filius, vel frater sui officii obsit, in quo liberi vel parentes, vel fratres germani immerito exheredentur, præterii, vel ita instituti, ut pro exheredatis habeantur, *Novell. 1. in fr. §. 2.* De

CODEX.

formula hujus actionis dicam ad *l. 22. J. h. t.* An hodie locum habeat, dixi ad *l. 1. ff. h. t.* Interim quæ sint hodie mutata circa hanc querelam vid. Oldendorp. *claſſ. 5. act. 2. num. 17.* 29 Querela adversus fideicommissarium moveri potest. 30 Id est, possidet. Atqui in querela agitur de hereditate : petitio autem hereditatis non datur contra titulo possidentem. *l. 4. J. in quib. cauſis ceſſat longi temp.* fideicommissarius vero titulo possidet ? Dicam *J. h. t.* de vera sententia hujus legis. 31 *Accommendatio verborum eſt, quæ* Salycetus, Faber, Castrensis ita hanc legem emendant : eo sensu : Querelam primo, subjiciuntur vero petitiones hereditatis moveri. Guillelmus vetus interpretatur, propondentem querelam proponere hereditatis petitionem. Govianus 1. *variar.* 5. nullam fibi videri in toto Codice obscuriorem constitutionem asserit : nec tamen superiores sententias probat. Cuiat ergo hic agi de petitione hereditatis, non inofficiosi querelæ : filium porro laudandum esse, qui hac neglecta illam proponat. Neo enim hereditatis petitione honorem parentum fugillari. Eo nomine jullum esse tam modesto filio petitionem hereditatis accommodari. Si ita est, debuit hæc constitutio in titulum sequentem rejici. Existimo hujus legis sententiam hanc esse, querelam inofficioli dari adversus heredem, & cum qui pro herede aut pro possessore possidet : in alios vero non dari : *arg. l. 12. J. h. t. l. 7. §. 2. l. 9. ff. de hered. pet. l. 20. in fin. prine. ff. de bon. poſſ. contra tab.* Cæterum fideicommissarium proprie non esse hereditatis dominum (nam ex cauſa fideicommissi dominia non transferuntur *l. 3. in fin. ff. ſi ulteriuſve. pet.*) pro herede quoque non possidere 15. *obſ.* 31. quæ non putat le heredem, quique fit le alium esse ab herede, *l. 11. ff. de hered. pet.* pro possessore non est etiam : nec enim est prædo, *d. l. 11. in fin.* Ex his loquitur falsili jure fides hic excludi. Verum subtilitas hæc negligen ta nobis est. Fideicommissarius enim effectu est heres, æquum est igitur filiis actionem in fideicommissarium accommodari. Quid ? querela inofficioli & petitio hereditatis, possuntne una & eadem actione unove judicio proponi ? Angelus negat, Zasius ait. Vide quæ notavi ad *l. 20. ff. h. t.* idque ita fenfit Cujacius *hic.* Olim tamen non fuit necessitatis, nam inofficioli querela moveri feparatim poterat. Paul. 4. *ſent.* §. 8. 4. hodie postea filius, a quo cauſis falsicis, calumniosis ex communi opinione in *form. reſtitutionis in integr.* 41. *verſ. ad dimittendum* 15. *num.* 2. 33 Id est, quamvis, cum esset adultus, litis ordinande gratia bonorum possessionem accepisti. *l. 8. in pr. ff. h. t.* 34 Hæc bonorum possessio postellio gratia ita ordinanda dicitur in *l. Papinianus 8. in pr. ff. h. t.* Goth. De qua vid. amplist. præsidem Viglium *in comment. in eundem tit. Inſtit.* Mod. 35 Poli mariæ testamentum natus præterius (a matre præterius habetur pro exheredato) querelam reke instituit. vid. Paul. 4. *ſent.* §. 9. 2. 36 Adi Gomez. *tom. 1. variar. reſol. c.* 5. Mexchacam *illuſtrium queſt. c.* 66. Gilbertum Reginum *lib. incertogabdo* 2. c. 20. Mod. 37 Id est, præterius. Præterius a matre habetur pro exheredato. 38 Quæ in puerperio scripti, testamenti mutandi facultatem non habuisse præsumitur. 39 Sentias hujus legis hic est. Posthumus præterius a matre, quæ mutandi testamenti facultatem non habuit (quod in puerperio decellerit) videtur cum illis fratribus virilibus institutus : ideoque testamentum non rumpit. Quid si extranei fuerint instituti ? rumpetur testamentum. 40 Rescisso testamento per querelam libertates non revocantur.

41 Querela præparata transmittitur ad heredem.

CUm [1] quæritur, an filii de inofficioso patris testamento possint dicere, si [2] quartam bonorum partem mortis tempore testator reliquit, insp icitur. PP. 7. Kal. Jul. *Romæ*, DUOBUS ASPRIS CONSS. 213.

In AUTHENT. de triente & semisse. §. 1. coll. 3. tit. 5. Nov. 18. cap. 1. Authent. ex Novell. 18. cap. 1.

NOvissima [3] *lege cautum est, ut si quatuor sint filii vel pauciores, ex substantia* [4] *deficientis triens* [5] *: si plures sint, semis debeatur eis quoquo* [6] *relicti titulo, ex æquo* [7] *scilicet inter eos dividendus: cujus portionis nec* [8] *usufructu defraudari liberi a parentibus possunt.*

In AUTHENT. de immensis donati. §. 1. coll. 7. tit. 4. al. 3. Novell. 92. cap. 1.

UNde & *si parens in quendam liberorum, vel in quosdam donationem* [9] *immensam fecerit: quinque tantum feret ex hereditate nomine Falcidiæ* [10], *quantum poterat ante donationem deberi. Licet autem ei, qui largitatem* [11] *meruit, abstinere ab hereditate, dummodo suppleat ex donatione (si opus sit) cæterorum portionem.*

De nepte ex filio emancipato.

7. Idem A. Secundo.

NEptem [12] defuncti actione de inofficioso testamento, quamvis pater ejus emancipatus fuerit defunctus, experiri posse, ignorare non debes. PP. 6. Kal. Jul. *Romæ*, LÆTO & CEREALI CONSS. 216.

De hereditate a patre inter filios divisa. 1. *De eo, qui agnovit judicium defuncti.*

8. Imp. ALEXAND. A. Florentino.

PArentibus arbitrium [13] dividendæ hereditatis inter liberos adimendum non est: dummodo [14] non minus is qui pietatis fibi conscius est, partis, quæ intestato defuncto potuit ad eum pertinere, quartam ex judicio parentis obtineat. §. 1. Qui [15] autem agnovit judicium defuncti, eo [16] quod debitum paternum pro hereditaria parte persolvit [17], vel alio legitimo modo satisfecit: etiamsi minus quam ei debebatur, relictum est, si is major vigintiquinque annis est, accusare ut inofficiosam voluntatem patris, quam [18] probavit, non potest. PP. 7. Id. Febr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De testamento militis.

9. Idem A. Romanæ.

DE inofficioso testamento militis [19], vel jure militari vel civili facto, vel Centurionis, vel Tribuni numeri, nec filios posse queri jus certum est. PP. Idus Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De fisco.

10. Idem A. Quintiniano.

SI heredum Quintiniani, quem patrem tuum esse dicis, adversus quos de inofficioso testamento acturus eras, jure successionis bona ad fiscum pertinent, vel ipsius Quintiniani bona, utpote vacantia, fiscus [20] tenet: causam apud Procuratorem nostrum agere potes. PP. 3. Id. August. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De arenariis.

11. Idem A. Ingenuo.

IN arenam non damnato, sed sua sponte arenario constituto, legitimæ successiones integræ sunt, sicuti civitas & libertas manet. Sed si testamentum parens ejus fecit: neque de inofficioso testamento accusatio, neque bonorum possessio ei competit: nam talem filium merito quis indignum [21] [sua] successione judicat: nisi [22] & ipse similis conditionis [23] sit. PP. 4. Kal. Jan. JUL. & CRISPINO CONSS. 225.

De fideicommisso.

12. Idem A. Liciniano & Diogeni.

SI pater puellæ (cujus vos curatores esse dicitis) filio ex semisse, ipsa autem ex triente, & uxore ex reliquo fextante scriptis heredibus, fidei filiorum commisit, *ut si* [24] *quis eorum intra vigintiquinque annos ætatis decederet, superstitibus portionem* [suam] *restitueret*: præterea uxori, *ut id, quod ex causa hereditatis ad eam pervenisset, filiis post mortem suam restitueret*, fideicommisit: calumniosam inofficiosi actionem adversus justum judicium testatoris instituere non debetis: cum [25] ex hujusmodi fideicommissaria restitutione tam matris quam fratris ejus portio ad eam poterat pervenire. PP. Non. Decemb. ALEXAND. A. III. & DIONE CONSS. 230.

De testamento rescisso pro parte.

13. Imp. GORDIANUS A. Prisciano.

CUm duobus heredibus institutis, uno ex quinque, altero ex septem unciis, adversus eum, qui ex septem unciis heres scriptus fuerat, justa querela contendisse, ab altero autem victum [26] te fuisse alleges: pro ea parte, qua resolutum est testamentum; cum jure intestati, qui obtinuit, succedat, neque [27] legata, neque fideicommissa debentur: quamvis libertates, & directæ competant, & fideicommissariæ præstari debeant. PP. 3. Kal. Februar. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De falsi accusatione.

14. Idem A. Prisco.

EUm [28] qui inofficiosi querelam delatam non tenuit [29], a falsi accusatione non submoveri placuit. Idem observatur, & si [30] e contrario falsi crimine instituto victus, postea de inofficioso actionem exercere maluerit. PP. 6. Kal. Decemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De filia præterita a matre.

15. Imp. PHILIPPUS A. Aphrodisiæ.

FIliam [31] præteritam [32] a matre, ad successionem ejus citra [33] inofficiosi querelam adspirare non posse, explorati juris est. PP. 5. Kal. Aug. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

Si testamentum non jure factum dicatur.

16. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. VALERIAN. N. CÆS. Theodoræ.

COntra majores vigintiquinque annis duplicem [34] actionem inferentes, primam, quasi testamentum non fit jure perfectum, alteram, quasi inofficiosum, licet [35] jure perfectum; præscriptio ex prioris [36] judicii mora quinquennalis [37] temporis non nascitur [38], quæ officere non [39] cessantibus non potest. PP. Id. Aug. TUSCO & BASSO CONSS. 259.

De matre a filio præterita.

17. Impp. CARINUS & NUMERIANUS AA. Floræ.

CUm [40] filium [41] tuum, te præterita, sororem heredem instituisse proponas: inofficiosi querelam apud Præsidem provinciæ persequi potes. PP. Id. Febr. CARINO II. & NUMERIANO AA. CONSS. 284.

De exheredata a viro divertere nolente.

18. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Faustinæ.

CUm te pietatis [42] religionem non violasse, sed mariti conjugium, quod fueras fortita [43], distrahere noluisse, ac propterea [44] ostensum [45] atque iratum patrem ad exheredationis notam prolapsum esse dicas: inofficiosi testamenti querelam inferre non vetaberis. S. Kal. Maji, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De filia turpiter vivente.

19. Idem AA. Apollinari.

SI filiam tuam, eo quod turpiter [46], & cum flagitiosa fœditate vivit, a successione tua excludendam putes: si non inconsulto [47] calore, sed ex meritis [48] ejus ad id odium incitatus es, postremi judicii liberum arbitrium habebis [49]. Dat. 15. Kal. Jul. *Sirmii*, ipsis AA. CONSS. 293.

In AUTHENT. ut cum de ap. cog. §. Si vero usque ad vigintiquinque. col. 8. tit. 16. al. 12. Nov. 115. cap. 3.

1 Potest filius adversus patris testamentum, vel donationem ab eo factam querelam instituere, nisi quod ei relictum est, omnino ad explendum trientem satis fit. *Syn. Basil.* 41. tit. 4. c. 17. & 5. Harm. 9. §. 24. 2 Habens legitimam, querelam movere non potest. *l.* 30. *infr. h. t. l.* 8. 9. 8. *ff. h. t.* Paulus 4. *Sent.* 5. 6. 3 Nota quantitatem legitimæ liberis relinquendæ. adde *Nov.* 22. *c.* 43. *Novell.* 39. *c.* 1. 4 Rem alieno dedecido scil. *d. l.* 8. §. 9. 5 Id est, quatuor uncias. *Goth.* Legitima, si filii sint quatuor vel pauciores, est tertia pars totius assis; si vero sunt plures, est dimidia inter eos æqualiter dividenda. ubi tamen vide limitationes positas per Socinum *in reg.* 152. & consule de cætero Bartolum *hic.* Parif. *cons.* 53. *lib.* 3. *n.* 70. *& seq. & cons.* 55. *n.* 13. *& seq. eod. lib.* Corn. *consil.* 48. *in fin. l.* 2. Socin. jun. *cons.* 94. *l.* 1. Joan. Cephal. *cons.* 245. *n.* 23. Mod. 6 Legitima liberis quoquo relicti titulo relinqui potest, ut hic: imo non potest quoquo titulo relinqui, jure namque institutionis relinqui debet. *Novell.* 115. *c.* 3. vid. Socin. *reg.* 152. Graffium *lib. fent. §. legitima q.* 32. *& infra q.* 35. 7 In legitima bonorum singulis liberis virilis portio competit. 8 Legitima liberorum gravari non potest, etiam in usufructu. adde *l.* 30. *f. h. t.* 9 Immensa donatio in unum ex liberis collata, per alios ad legitimam usque revocatur: non ultra. 10 *Id est*, legitimæ, ut in *l.* 31. *infr. h. t. & in l. pubernas.* 6. *l. ad SC. Trebell. & l. h. t. l. qua nuper.* Mod. 11 Filius donatione a patre inter vivos accepta, ejus hereditate potest abstinere. Quid si illa donatio legitimam reliquorum liberorum exhaurit? Humanius donatio legitimæ reliquorum frandi esse non debet, ideoque ex bonis donationi acceptis fraterbus legitima supplebitur. 12 Neptis ex filio (etiam emancipato) querelam inofficiosi potest movere adversus testamentum avi. 13 Pater hereditatem inter filios dividere potest: dum tamen ei quidem integrum illiqui legitimam reliquam. *l.* 10. *l. fam.* 14 *l.* 35. 6. 1. *f. h. t.* 15 Querelam inofficiosi movere adversus patris testamentum non potest, qui testamentum ejus agnovit, ut hic. *Synopf. Basil.* 41. *tit.* 4. *c.* 17. 5. Harmenop. 6. §. 24. 16 Tacite agnoscere & approbare testamentum defuncti censetur, qui ex eo testamento debita solvit. *l.* 35. §. 1. *infr. h. t.* adde *l.* 23. §. 1. *ff. h. t. l.* 43. *ff. de hered. pet.* & in testamentum non tantum expresse, sed tacite approbari potest, vel admitti. 17 Vid. *l.* 2. *infr. de jure delib.* 18 Qui testamentum defuncti semel probavit, querelam inofficiosi amittit. vid. *l.* 20. *ff. de option. legat.* 19 Querela inofficiosi locum non habet in militis testamento: vide tamen *Novell.* 123. *c.* 3. *ff. l.* 24. *Auth. præsbyteros. in fin. fupr. de Episcop. & Clericis.* 20 Querela inofficiosi institui potest adversus fiscum occupantem bona defuncti. 21 *Nov.* 115. *c.* 3. 9. 10. parens filium arenarium aut mimum potest exheredare, nisi ipse ejusdem conditionis sit. 22 Mores quos quis in se approbat, in liberis reprobare non potest. 23 Hic illud quæritur, an quemadmodum pater arenarius filium arenarium exheredare non potest, idem sit in meretricaria matre filiam meretricem exheredante; qua de re multa Tiraquellus *in legib. connubial. gl.* 1. *n.* 45. *circa fin.* Mod. 24 Plena & pura esse debet legitima portio. Pura, inquam, ab omni onere hæreditis, legati & usufructus. *Auth. novissima.* 3. *h. t.* Quid si facta est mutua & reciproca substitutio? onerosa non censetur. Æquitas suspicionem fraudis tollit. *infr. hic. ibi. cum ex imperiosis.* Itaque neuter querelam habiturus est, quia neuter in legitima est gravatus, mater etiam potest vulgariter substituere filio, etiam in legitima: *l.* 33. *ff. de vulgar. & pupillar.* An pupillariter? Negat Bart. *d. l.* 33. 25 Æquitas omnem fraudis suspicionem tollit. *ff. quod quisque juris.* 26 Varietas personarum & meritorum efficit, ut actor in uno jure vincat, vincatur autem in altero: *l.* 15. *in fin. l.* 24. *ff. h. t. l.* 76. *in pr. ff. de leg.* 2. ut idem testamentum pro parte rescindatur, pro parte confirmetur. Æquæ judice flatui ex communi opinione Hotomannus refert *conf.* 2. *fol.* 11. adde Cujac. 10. *observ.* 20. *in fin.* 27 Id est, heredes ab intestato succedent. 28 Querelam inofficiosi testamenti movere potest, qui falsi testamentum accusavit nec obtinuit: & contra. *Synopf. Basil. Syn. tit.* 1. *c.* 27. 29 Id est, non obtinuit: *l. ult. ff. de except. rei jud.* fenius est, Is etiam potest testamentum falsum dicere, qui inofficiosum non probavit, ut hic, & *l.* 3. *in fine. f. de pat. hered.* adde cafus, *l.* 47. *in fin. ff. de hered. pet.* 30 Vide *l.* 47. *ff. de pat. hered.* 31 Querelam inofficiosi recte inftituit filia a matre præterita, *ut hic. Synopf.* 10. *c.* 38. 32 Liberi a matre præteriti, nisi heredes exheredatis. 33 Querela inofficiosi, remedium est adversus præterationem factam a matre. Nec enim præteritis a matre dare bonorum possessio contra tabulas. adde *l.* 4. §. 2. *ff. de B. P. contra tabulas.* 34 Alia est causa injuriæ, alia inofficiosi testamenti. 35 Inofficiosum testamentum jus civile non tam facit, quam natura, querela inofficiosi non impugnat solemnitatem, sed inordinatam & cæcam defamenti actione, inofficiosi querelam non amittit: *l.* 8. §. 12. *ff. h. t.* 37 Post quinquennium querela inofficiosi moveri non potest, *ut hic*, adde *l.* Harmen. 9. §. 24. 38 *Id est*, 39 Non cessanti præscriptio non nocet. Non cessit in querela proponenda, non in justi testamenti probatione occupatus est: & merito. Quoties enim competunt duo auxilia, qui in uno vigilat, alterum non amittit. 40 Querelam inofficiosi adversus filii testamentum, mater instituere potest, tametsi defunctus sororem suam instituerit. *Synopf. h. t. c.* 42. 41 Frater sororem instituere non potest, matre præterita. 42 Uxoris summa pietas est, si maritae fidem non divelli. 43 Patre volente: *arg. l.* 20. *h. t.* 44 Parentibus in quibusdam citra mentem vitiumve ingratitudinis non obtemperamus. Filia non divertens a marito, parentis justu, non meretur exheredari: adde *Novell.* 115. *c.* 3. *l.* 5. *l. de repud.* 45 *L.* 23. *infr. h. t.* 46 Liberi ob turpem vitam possunt exheredari. Turpis liberorum vita exheredationem meretur: *Novell.* 115. *c.* 3. §. 4. & 10. fed & dotis & alimentorum privationem. Permittenbus matrem fcio ac confitneor ignoscendum. vide Wurmf. 1. *pract.* 37. *obf.* 8. 47 Quod damn. Olim non erat necesse certas exheredationis causas adscribi. Incerte & polite erant in judicio Centum virorum. Hodie, certæ adscribendæ. *Nov.* 115. *c.* 3. vide Cujac. *ad Novell.* 18. 49 Quid si ad bonam frugem converta? irrevocabile est tradi Tiraquellus *tract. de panis, causa* 24.

Sed

SEd *si* [1] *post vigintiquinque annos te differente filiam marito copulare, ea in suum corpus peccaverit, vel sine consensu tuo, marito se, libero tamen, copulaverit, eam exheredare non potes* [2].

De filia nolente divertere.

20. Iidem AA. & CC. Saviano.

FIlia in orbitate patris relicta, cum marito, cui matre volente [3] nupsit, colens concordiam [4], justas [5] offensionis post ejusdem matris [6] pœnitentiam causas non præstat: nec ex momentariis [7] voluntatibus matris nupta atque vidua jure esse compellitur. Dat. Non. Jan. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De transversalibus.

21. Iidem AA. & CC. Alexandro.

FRatris [8], vel fororis filii, patrui vel avunculi, amitæ etiam & materteræ testementum inofficiosum frustra dicunt: cum nemo [9] eorum, qui ex transversa linea veniunt, exceptis *fratre & sorore* [10], ad inofficiosi querelam admittatur. † De falso sane per accusationem criminis queri non prohibentur. Dat. * CC. CONSS. 294.

De filia exheredata, de effectu rescissionis.

22. Iidem AA. & CC. Tantillæ.

SI maritus tuus facto testamento te quidem ex asse scripsit heredem: filia autem, quam habuit in potestate, exheredata [jure] facta minime perhibetur: nihilque ei relictum est, neque *justas* [11] *offensa causas præstitisse* [expresse] convincitur: eam de inofficioso testamento patris querentem totam hereditatem obtinere posse non ambigitur. Quod si jam obtinuit, vel postea vindicat [12]: quodcunque maritus mortis suæ tempore debuisse [13] tibi perhibetur, id ab ea reddi oportet. Dat. Idib. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De eo, qui impedit testari.

23. Iidem AA. & CC. Philippo, & aliis.

TEstamenti factione per testationem vos interdixisse [14] matri profitentes, justam [15] causam offensæ manifeste testamini. Dat. 5. Id. Sept. CC. CONSS. 294.

De testamento militis.

24. Iidem AA. & CC. Successo.

TEstamentum militis [16] filiifam. in castrensi peculio factum, neque a patre, neque a liberis ejus per inofficiosi querelam rescindi potest. Dat. 3. Non. Dec. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

De filiis a matre instituendis sub hac conditione, si a patre emancipati fuerint.

25. Iidem AA. & CC. Menedoto.

FIliis [17] matrem, quæ de mariti moribus secus [18] suspicatur, ita posse consulere [19] jure compertum est, ut eos sub hac conditione [20] instituat heredes, *si a patre emancipati fuerint*, atque eo pacto secundum tabulas bonorum possessionem patrem cum re [21] accipere non videri, qui conditioni minime obtemperaverit: neque ei nomine filiorum inofficiosi [22] eo modo actionem posse competere, quibus nullam injuriam fecerit mater, sed potius putaverit providembam, & ideo restituere debet. Dat. 4. Non. Jul. *Antiochiæ*, TITIANO & NEPOTIANO CONSS. 301.

De filio impubere.

26. Iidem AA. & CC. Serapioni suo salutem dic.

EX [23] tribus unciis herede instituto filio, intra [24] pubertatis annos directam non [25] inutiliter a patre fieri substitutionem certum est. Dat. 5. Kal. Septemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 302.

De fratribus & sororibus.

27. Imp. CONSTANT. A. Verino.

FRatres [26], vel sorores uterini [27] ab inofficiosi actione contra testamentum fratris, vel fororis penitus [28] arceantur: consanguinei [29] autem, durante agnatione, [vel non] contra testamentum fratris fui, vel fororis de inofficioso quæstionem movere possunt, si [30] scripti heredes infamiæ [31], vel [32] turpitudinis, vel [33] levis notæ macula adspergantur: vel [34] liberti, qui [35] perperam, & non bene merentes, maximisque beneficiis suum patronum adfecuti, instituti sunt: excepto [36] servo [37] necessario herede instituto [38]. Dat. Id. Aug. *Sirmii*, CONSTANTINO A. V. & LICINIO Cæf. CONSS. 319.

De onere probandi, & de causis exheredationis.

28. Idem A. ad Claudium Præsidem provinciæ Daciæ.

LIberi [39] de inofficioso querelam contra testamentum parentum moventes probationem debent [40] præstare: *Quod obsequium debitum jugiter* [41], *prout ipsius naturæ* [42] *religio flagitabat, parentibus adhiberint*: nisi scripti heredes ostendere maluerint [43] *ingratos liberos contra parentes extitisse*. Sin autem mater contra filii testamentum inofficiosi actionem instituat, inquiri diligenter jubemus, utrum filius nulla ex justa causa læsus matrem [in] novissima læserit voluntate, [eo quod] neque luctuosam [44] ei & legitimam reliquerit portionem: ut testamento rescisso, matri succedio deferatur. † Si tamen mater inhonestis factis, atque indecentibus machinationibus filium forte obsedit, infidiisque [45] eum vel clandestinis vel manifestis appetiit, vel inimicis [46] ejus suas amicitias copulavit [47], atque in aliis sic versata est, ut inimica ejus potius quam mater crederetur, hoc probato, etiam invita acquiescat filii voluntati. Dat. 3. Id. Febr. CRISPO II. & CONSTANTINO Cæf. I. CONSS. 321.

De dote & donatione ante nuptias.

29. Imp. ZENO A. Sebastiano præf. præt.

QUoniam [48] novella constitutio divi Leonis [49] *ante* [50] *nuptias dotationem a filio conferri ad similitudinem* [51] *dotis, quæ a filia conferetur* [52], *præcepit*: etiam ante nuptias donationem filio in [53] quartam præcipimus imputari. Eodemque modo cum pater, vel mater pro filia dotem, vel pro filio ante nuptias donationem, vel avus [54] paternus aut maternus, vel avia paterna aut materna pro sua nepte, aut pro suo nepote, vel proavus itidem paternus aut maternus, vel proavia paterna aut materna pro sua pronepte, vel pro suo pronepote dederit: non tantum eandem dotem vel donationem conferri, verum etiam in quartam partem ad excludendam inofficiosi querelam, tam dotem datam, quam ante nuptias donationem præfato modo volumus imputari, si ex [55] substantia ejus profecta sit, de cujus hereditate agitur. Dat. Kal. Maji, ipso A. II. CONS. 481.

De his, quibus aliquid, 1. vel nihil relictum est. 2. De militiis in legitimam portionem imputandis.

30. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ.

OMnimodo [56] testatorum voluntatibus prospicientes [57], magnam & innumerabilem occasionem subvertendæ eorum dispositionis amputare censemus: & in certis casibus, in quibus de inofficiosis defunctorum testamentis, vel alio [58] modo subvertendis moveri solebat actio, certa & statuta lege tam mortuis confulere, quam liberis eorum vel aliis personis, quibus eadem actio competere poterat: ut, sive adjiciatur in testamento de adimplenda legitima portione, sive non, firmum quidem sit testamentum, liceat vero his personis, quæ testamentum quasi inofficiosum, vel alio modo subvertendum queri poterant, id quod minus portione legitima sibi relictum est, ad implendam [59] eam sine [60] ullo gravamine, vel mora exigere: si tamen non ingrati [61] legitimis modis arguantur [62], cum eos scilicet *ingratos circa se fuisse* testator dixerit: Nam si nullam eorum *quasi ingratorum* fecerit mentionem, non licebit ejus heredibus ingratos eos nominare, & hujusmodi quæstionem introducere. † Et hæc quidem de his personis statuimus, quarum mentionem testantes fecerint, & aliquam eis quantitatem in hereditate, vel legato [63], vel fideicommisso, licet minorem legitima portione, reliquerint. §. 1. Sin vero vel præterierint [64] aliquam eorum personam jam natam, vel

1 Pater peccandi occasionem filiæ præstare intelligitur, si eam viro intra vigesimum quintum annum ætatis non elocat. 2 Merito. Nemo enim id punire potest, cujus ipse admittendi fuit occasio. 3 In filia nuptura matris, *ut hic*: & patris. *l.* 18. §. 1. *f. h. t.* consensus requiritur. An eb eam caulam exheredari possint liberi? Abbas negat. Wurmf. 1. *pract. in. obf.* 19. dixi ad *l.* 25. *ff. de ritu nuptiar.* 4 De concordia & religione maritali adde *l.* 18. *fupr. h. t. l.* 5. *infr. de inoffic. & fubftit.* *l.* 21. *infr. h. t.* 6 Alicatus hinc colligit, Virum muliere constantiorem prudentiorem. 1. *præfumpt.* 47. 7 *Synopf. Baffl.* 39. *tit.* 1. *c.* 33. 8 Nota regulam. 10 Idque etiam non præcise, sed turpibus personis institutis. §. 1. *Inft. h. t.* non omnis frater ad querelam inofficiosi admittitur, sed utrinque tantum conjunctus. vide *l.* 27. *f. h. t.* 9 Nota. 10 In hoc inofficiosi judicio hæ plerumque formulæ sententiæ dicendæ fuerunt; justas causis offensæ: *l.* 18. *l.* 20. *fupr. h. t. l.* 23. *l.* 28. *infr. h. t. ut C. ubi caufas Filius l. eg. ff.* 5. Justas iracundi causas patrem habuisse videri, aut non videri. 12 Al. *vincat.* 13 Rescissa aditione hereditatis per querelam, revisitcunt actiones per aditionem compulsæ. Cessante causa confulionis, cessat confulio. 14 Qui autem testari prohibet, juste potest exheredari. Quid si a parte non exheredatus fit? hereditas velut indigno aufertur. vide *l.* 2. *f. fi quis aliquem teftari.* 15 *L.* 22. *ff. h. t.* 16 *l.* 9. *f. h. t.* 17 Vid. Cujac. *in hanc l.* 4. *obf.* 24. 18 *Secus fufpicari*, eft male fuspicari. 19 Liberi de matre conqueri non possunt, si nullam matri eis facit injuriam, sed providet. Hinc colligo, Posse bona mente conditionem, & diem adjici testamentis. Eadem ratione excludabitur fubftitutio pupillaris. *l.* 26. *f. h. t.* alias defendi vel excusari non potest. 20 Vide *l. ult. de hered. pet.* 21 Id est, hereditate, vide quæ scripsi ad *l.* 8. *ff. fi. tab. teft. am. nul.* 22 Ulp. *in fragm.* 23 Et 4. uncis impuberi filio hereditinstituto pater substituere diredo potest: nec id esse detractio videtur. Ita Græci hunc locum leguut, 41. *tit.* 5. *c. ex lib.* 39. *tit.* 1. *c.* 46. 24 Dixi ad *l.* 25. 8. *h. t.* Constitutio favorabilis instituto filio, tosum inofficiosi querelæ non facit. 25 Aliud dicendum videbatur: quia filius hic substitutionem patitur, in legitima, quæ pura & debet ab omni onere legati & fideicommissi. *Auth. novissima, fupr. h. t.* 26 *l. 1. C. Theod. de inoff. teft.* adde 2. *Synopf.* 19. *tit.* 1. *c.* 47. *Thalelæi Scholion.* 27 Fratres uterini tantum, non habent querelam inofficiosi, Thalelæus tamen ad *d. c.* 47. *Syn.* differentiam non facit inter Uterines & Germanos. Illi: ὁμοπατρίους: eodem autore. 28 Etiam infami persona instituta. 29 Germani: *l.* 1. *C. Th. h. t.* Tratres ex eodem patre, vel utrique conjuncti querelam inofficiosi movere possunt tribus casibus, *infr. h. t.* eoque calu consanguineus magis lavetur, quam uterinis: agnationi quam cognationi simplici. 30 Hic primus casus pertinet ad infamiam juris. 31 Adde? 3. *ff. fi a parente quis manumissus.* 32 Infamia, turpitudo, levis nota, ingratitudo, hic conjunguntur. 33 Hic secundus casus pertinet ad infamiam facti: hinc colligiter, Infamiam quatuor fortiri effectus: Repellit enim a dignitate, restimonio & querela: quin inducit querelam, vid. Rud. *hic.* 34 Tertius hic casus: libertus ingratus patrono, habetur pro vili persona. 35 Ingrati inter personas notatas hic recenciuntur. 36 Querela inofficiosi fratres experiuntur adversus fratris testamentum, persona infami, turpi, notara, vel liberto ingrato heredibus institutis. 37 *Idem.* Quid si a defuncto servus heres inftitutus fuerit? vellabit querela: *ut infr. Syn. d. c.*

CODEX.